



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliarvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCCCCX. ad annum MLXXIII.

Parisiis, 1644

Vita Stephani Papae VII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15625

STEPHANI PAPÆ VII. VITA. 35

ANNO
CHRISTI
928.

feri, & de emendatione ordinis vna pars episcopi, secunda sit altari, tertia societati. *Vide hæc supra sub titulo, De sacris ordinibus compensandis.*

Et in Concilio episcoporum Londoniensi, cap. 12. sic habetur de congildonibus.

* sodalium
* male dedit.
* lego
vnum

Et diximus etiam omnibus illis qui in nostram * gildscyr-ram vadium * dederunt, si contingat * eum mori, omnis congildo det vnum panem & companagium pro anima eius, & cantet vnum quinquagenarium psalmodum, vel perquirat cantandum infra triginta noctes. *Iornalensis.*

VITA

STEPHANI PAPÆ VII.

ANNO
CHRISTI
929.

STEPHANVS natione Romanus, Theudemundo patre genitus, huius nominis septimus, subrogatus est Leoni sexto, anno Domini D C C C C X X I X. tempore Constantini & Romani imperatorum orientalium. Qui dum sedisset annos duos, mensem vnum, & dies quindecim, ex hac vita migravit. Huius tempore Henricus rex Germaniæ lanceam ex clavis Christi confectam, a Rodolpho rege Burgundionum, precibus, precio & minis obtinuit, eamque successoribus ad defensionem imperii reliquit. Reges Northmannorum & Abroditarum ad Christum conuertit. *Sigebertus.*

VITA

IOANNIS PAPÆ XI.

ANNO
CHRISTI
931.

IOANNES patre Sergio pseudopontifice ex scorto Marozia prognatus, Vvidonis Tusciæ marchionis & Marozia matris potentia in locum Stephani intruditur, anno Christi 931. tempore Constantini & Romani imperatorum orientalium, quo ipse nondum per ætatem tantæ dignitatis capax esse potuisset, etiam si nullum aliud impedimentum obstitisset. Arraldus ex monacho Rhemensis archiepiscopus electus, vir sanctissimus post puerum

Ioannes
XI. quando
& qua ratione pontificatum inuaserit.

Concil. Tom. 25.

E ij